



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXXXI. Johann, Bischof von Lebus, verkauft dem Kloster das Dorf  
Wrocierzyß, am 5. November 1394.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

curatoribus nostris singulis annis in Borg presentando, etiam totaliter consueta seruitia faciendo. Preterea sepedictus Emtor et Sculteti pro tempore Centum et quinquaginta oues ad pascendum easdem ibidem retinebunt. Nobis quoque per predictum Mattiam emtorem supplicatum extitit, quatenus presatum emtionis et vendicionis contractum admittere et confirmare dignaremur. Nos vero etc. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Borg, Anno Domini Millefimo trecentesimo nonagesimo quarto, die decima nona mensis Augusti. Presentibus validis viris Petro de Blohaw, Johanne, ipsius fratre, et Georgio, Sculteto in Borg, testibus ad premissa.

Wohlfürst II, 21.

LXXXI. Johann, Bischof von Lebus, verkauft dem Kloster Miechow das Dorf Wrocierzysz, am 5. November 1394.

— — Nos Joannes, Dei et Apostolice sedis gratia Episcopus, Petrus Vendelai, Decanus, Joannes, Custos, Petrus Wanzow, Jacobus Strenzberg, Joannes Rabenow, Joannes Snegans et Conradus Sueuel, Canonici, totumque Capitulum Ecclesie Lubucensis notum facimus vniuersis —. Quod debita ecclesie nostre, que propter liberationem et recuperationem honorum nostrorum, videlicet Oppidi Furstenberg, et Cunycz ac Wiclopole villarum contraximus, persolvere non valentes: villam nostram et Ecclesie nostre Wrocierzysz dictam, cum fluuio quodam Dobrawoda nuncupato, in Diocesi Cracouienli situatam, cum vniuersis vtilitatibus, prouentibus, — — — molendinis ac nauigio in fluuio Nida, cum omni et pleno dominio ac Jurepatronatus — — vendidimus et vendimus per presentes Venerabilibus ac religiosis Viris Domino Stanislao, Decretori, Doctori, Preposito eiusque Conuentui Miechouienli, Ordinis Sancti Augustini, Sacro Sancti Sepulchri Dominici, — — pro sexingentis marcis grossorum Pragensium numeri Polonici, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando — —. In quorum omnium testimonium et robur perpetue firmitatis presentes literas nostras sigillorum nostrorum Episcopi et Capituli Ecclesie Lubucensis antedictorum appensione fecimus communiri. Datum Furstenwalde, Anno Domini M. CCC. XCIV., die quinta mensis Nouembris.

Wohlfürst II, 22.